



Per.  
Lat  
020

Lateinische Jugendzeitschrift.

Latin ifjúsági folyóirat.

Revue latine de la jeunesse.

Administrator (kiadóhivatal — Geschäftsstelle — administration), ad quem pecuniae dirigantur: ALEXANDER REGÉNYI, Budapest, VII., Barcsay-u. 5. (tel.: 142-215).

Moderator (szerkesztőség — Schriftleitung — rédaction), ad quem manuscriptamittantur: Josephus WAGNER DR., Budapest, XI., Lágymányosi-utca 20. (telephon: 268-634).

Prodit Budapestini quotannis decies. Preium subnotationis an. 1938-39. in Hungaria 3 pengoe, extra Hungariam 4 pengoe. Gyros (vulgo: chèque) aerarii comparsorum postal is in Hungaria: 57.292. Subnotatores earum gentium, unde simplex pecuniarum transmissio impeditur, utantur schidulus 'Coupon réponse international' appellatis, quarum si quis decem in epistola ad administratorem mittit, preium annum solvit. Quinis exemplaribus sextum gratuito additur.

## Ineunte anno 1939

moderator multas epistolas undique gentium accepit latine plurimam salutem dicentes felicemque novum annum ominantes.<sup>1</sup> Tot sociis lectoribusque amabilibus singulis respondere difficile est, quare moderator quoque pro sua parte hic, in facie<sup>2</sup> «Juventutis» pro votis benignis gratias agit quam maximas et omnibus latinitatis «Juventutis» que fautoribus et amicis ineunte anno 1939 omnia fausta bona que ab Omnipotenti Deo precatur. Sunt, quibus annus 1938 haud felix fuerit. Ex quibus Doc. MU Dr. Fr. L. Praha haec in chartula illustrata typis<sup>3</sup> expressum<sup>3</sup> scripsit: «Ex intimis animi<sup>4</sup> praecordiis<sup>4</sup> appreco Tibi, ut instantia sollemnia<sup>5</sup> natalicia<sup>5</sup> Christi<sup>5</sup> Te gaudio ac laetitiā cumulent et auspices<sup>6</sup> sint annorum annis praeteritis feliorum. Intellegimus hunc dolorem Cescorum, qui tertiam fere partem reipublicae fraudulentā arte adeo auctae nuper amiserunt. Sed nescimus, cur milites legionis XLVI Cesco-Slovacae incolas oppidi Hungarici Munkács quiete dormientes horā tertii tempore<sup>7</sup> antelucano<sup>7</sup> diei VI huius mensis curribus bellicis (vulgo: tank), tormentis,<sup>8</sup> missoribus<sup>9</sup> explosivorum<sup>9</sup> aliquis instrumentis belli inopinate aggressi sint. Forsitan sperabunt fore, ut oppidum a paucis militibus haud defendi possit. Quae spes tamen ad irritum<sup>10</sup> cecidit,<sup>10</sup> nam milites nostri

imprimé<sup>4</sup> lelkek mélyéből = aus tiefstem Herzen = du fond de mon âme<sup>5</sup> Karácsony ünnepe = Weihnachtsfest = fête de Noël<sup>6</sup> kezdet = Anfang = commencement<sup>7</sup> kora hajnalban = am frühen Morgen = le matin de bonne heure<sup>8</sup> ágyú = Kanone = canon<sup>9</sup> aknavető = Minenwerfer = lance-mine<sup>10</sup> hajótörést szenved = scheitern = être déçu



Exequiae civium militumque Munkácsiensium in pugna mortuorum.

<sup>1</sup> kíván = wünschen = souhaiter <sup>2</sup> címlap = Titelblatt = titre <sup>3</sup> nyomtatásban = gedruckt =



Domus Munkácsenses tormentis bellicis Cescorum dirutae.

multo pauciores et cives tumultu et fragoribus ex-  
perrecti sine curru bellico, sine tormento, sine mis-  
soribus explosivorum hostes Deo iuvante solis  
sclopetis<sup>11</sup> reppulerunt. Invasores, qui in Ucrania  
Subcarpathica — hoc enim nomen Russiae Sub-  
carpathicae nuper inditum est — stativa<sup>12</sup> habent,<sup>12</sup>  
militibus Russinis, quia Hungarisi amici sunt, re-  
lictis soli in Hungariam irruperunt. Defensores san-  
guine fortiter fuso demonstraverunt cives nostros  
hodiernos dignos esse virtute maiorum contra Tartaros,  
Turcas aliquosque hostes quondam pro libertate  
pugnantium. Quare speramus vicinos nostros  
hac clade docti dehinc pacatores fore.

<sup>11</sup>puska = Flinte, Gewehr = fusil <sup>12</sup>állomásozni = stationieren = cantonner

=====

## LECTORIBUS MINIMIS.

### Jocosa.

I. Joca discipulorum gymnasii Academici Budap.

1. Historiae<sup>1</sup> naturalis<sup>1</sup> professor discipulis gorillae calvam<sup>2</sup> demonstrans: «Discipuli — inquit — accuratissime<sup>3</sup> observate hanc gorillae calvam! Tales calvae tantum duea inveniuntur in patria nostra: alteram Museum Nationale habet, alteram ego.

2. Pater ad filium: Tria tempora distinguenda<sup>4</sup> sunt: tempus praesens, praeteritum et futurum. «Te hominem honestum reddere (=facere) volo. Quale id tempus est?

— Irritum<sup>5</sup> tempus est — inquit filius.

3. Quidam sutor<sup>6</sup> lagoenam<sup>7</sup> vini plenam secum ferens parochio<sup>8</sup> occurrit. Parochus eum alloquitur: «Amice, nonne nuper promisisti te<sup>9</sup> nunquam vi-  
num poturum<sup>9</sup> esse?» Effundere statim vinum in fossam!<sup>10</sup> «Non possum facere, Domine Reverendissime — inquit sutor. — Dimidium<sup>10</sup> enim vini fratris est». — Parochus: «Effundere ergo, portionem tuam!» — Sutor: «Neque hoc possum facere, mea enim portio in ima<sup>11</sup> lagoena est». Joannes Néveri.

4. Tabularius<sup>12</sup> in tractatorio<sup>13</sup> dormitans a domino suo reprehensus: «Sit venia, dixit, parvulus<sup>15</sup> noster infans<sup>16</sup> totam per noctem vigilar<sup>16</sup> coëgit me.»<sup>16</sup> — «Ergo optime facies, respondit dominus, si apportabis eum in tractatorium!»

Julius Sebő.

5. A.: Dicis te argentariae<sup>17</sup> novae non fidere. — B.: Ita est. — A.: Et cur non? — B.: Heri in thermopolio<sup>18</sup> eram, cum arcarius<sup>19</sup> argentariae intravit. Scisne, quid sibi proferri<sup>20</sup> iussiterit?<sup>20</sup> — A.: Age, quid? — B.: Horarium<sup>21</sup> ferriviarum!<sup>21</sup>

6. Director: Ergo confiteris,<sup>22</sup> Guilelme, in tabula classis te<sup>23</sup> scripsisse<sup>23</sup> haec: «Magister geographiae asinus est.»? — Guilelmus: Vere ita est, domine director. — Director: Bene. Conside!<sup>24</sup> Valde gaudeo, quod nunc denique veritatem dixisti.

7. Custos: Nescis hoc loco hamo<sup>25</sup> piscari<sup>25</sup> vetitum esse? — Piscator: Ego non piscor, sed tantum lumbricum<sup>26</sup> meum lavari<sup>27</sup> curo<sup>27</sup>.

8. Ins chola hoc pensum datum est: Spectatio speculae<sup>28</sup> astronomiae.<sup>28</sup> — Pensum brevisimum erat: Specula astronomica clausa<sup>29</sup> fuit.

Tiburtius Fülöp.

### In taberna<sup>30</sup> horologiorum.<sup>30</sup>

Emptor:<sup>31</sup> Rettuli horologium. Semper quater<sup>32</sup> debeo, ut eat. — Horologiarius:<sup>33</sup> Ergo quate. — Emptor: Sed sic quoque singulas per horas 5 puncta<sup>34</sup> retardatur. — Horologiarius: Tum quate saepius vel citius!

Stephanus Krasz.

<sup>1</sup> természetrajz = Naturgeschichte = histoire naturelle  
<sup>2</sup> koponya = Schädel = crâne <sup>3</sup> gondosan = sorgfältig, genau = attentivement <sup>4</sup> kell megkülönböztetni = sind zu unterscheiden = il faut distinguer <sup>5</sup> kárbbavezett = vergeblich = perdu <sup>6</sup> cipész = Schuster = cordonnier <sup>7</sup> üveg (palack) = Flasche = bouteille <sup>8</sup> plébános = Pfarrer = curé <sup>9</sup> hogy fogsz inni = zu trinken = ne plus boire à l'avenir <sup>10</sup> a fele = die Hälfte = moitié <sup>11</sup> alul = unten = au fond <sup>12</sup> könyvelő = Buchhalter = comptable <sup>13</sup> iroda = Kanzlei = bureau <sup>14</sup> rajtakapva = erwisch = attraper <sup>15</sup> kis csecsemő = kleiner Säugling = nourrisson <sup>16</sup> ébrentartott = hat wachgehalten = faire passer une nuit blanche <sup>17</sup> bank = Bank = banque <sup>18</sup> kávéház = Kaffeehaus = café <sup>19</sup> pénztáros = Kassenwart = caissier <sup>20</sup> hozatott = bestellt hat = commander <sup>21</sup> vasúti menetrend = Eisenbahnfahrplan = horaire de chemin de fer <sup>22</sup> bevallod = gibst zu = reconnaître <sup>23</sup> hogy te írtad = geschrieben zu haben = avoir écrit <sup>24</sup> leülhet sz = setz dich = tu peux t'asseoir <sup>25</sup> horgászni = angeln = pêcher à la ligne <sup>26</sup> giliszta = Regenwurm = ver de terre, lombric <sup>27</sup> fürösztöm = baden lassen = baigner <sup>28</sup> csillagvizsgáló = Sternwarte = observatoire <sup>29</sup> zárva = geschlossen = fermé <sup>30</sup> órásbolt = Uhrgeschäft = horlogerie <sup>31</sup> vevő = Käufer = client <sup>32</sup> megrázni = schütteln = secouer <sup>33</sup> órás = Uhrmacher = horloger <sup>34</sup> perc = Minute = minute

II. Joca discipulorum gymnasii Lucanensis (Helvetia).

1. Paulus: Audi fragorem<sup>1</sup> motoris. Nonne velivolus<sup>2</sup> est cum tribus motoribus, qui transit prope terram? — Petrus: Sile! Est meus avus, qui sterbit.<sup>3</sup>

<sup>1</sup> zúgás, berregés = Knattern = vrombissement  
<sup>2</sup> repülögép = Flugzeug = avion <sup>3</sup> hortyog = schnarchen = ronfler

2. Quidam discipuli ambulant extra urbem, quum vident mulierem, quae dicit tres asinos, et cum vellent iocari,<sup>4</sup> ei dixerunt : «Salve, mater asinorum !» — «Salvete filii mei !» respondit mulier.

3. *Pater* : «Si inopia olim pulsabit<sup>5</sup> portam, quid facies?» — *Filius* : (lacrimans) «Non aperiam illi».

4. *Discipulus* : Potest<sup>6</sup> puniri,<sup>6</sup> qui nihil fecit? — *Magister* : Minime. — *Discipulus* : Ergo me punire non potes, pensum<sup>7</sup> domesticum<sup>7</sup> non feci.

5. Carolus primum videt anguem.<sup>8</sup> Magnā voce exclamat : «Pater, aspicel Haec cauda<sup>9</sup> per se solam deambulat; est illa, quam canis amisit».

6. *Cantus cygni*.<sup>10</sup> *Filius* : Pater mi : verumne est cygnus paulo ante mortem canere? Pater : Sane quidem. Nam post mortem quomodo posset cygnus canere?

7. *Paulus* : Dic mihi animal ferox! — *Petrus* : Leo. — *Paulus* : Ferocius! — *Petrus* : Leo rabidus.<sup>11</sup> *Paulus* : Ferocissimum! — *Petrus* : Leo rabidus laborans<sup>12</sup> ex dentibus.<sup>12</sup>

8. Rector poenitentiarii<sup>13</sup> (novo captivo) : Occupaberis<sup>14</sup> ergo pro tuo ministerio.<sup>15</sup> Dic quid sit? — Captivus : Meum ministerium? Ecce : absolvit, non multo abhinc tempore, cursum<sup>16</sup> aeronauticae.<sup>16</sup>

9. Claudius credit ayum<sup>17</sup> suum esse maxime senem : O, ave — dicit repente — cognovistine arcam<sup>18</sup> Noe? — Minime vero, respondit ayus. — Tunc . . . quomodo evasisti ex diluvio?<sup>19</sup>

10. Urbanus : Nunc fit etiam lana ex lacte. — «Res nihili<sup>20</sup> est», quidam agricola dicit: «Vaccae<sup>21</sup> meae faciunt lac ex faeno».<sup>22</sup>

<sup>4</sup> megtréfál = schäkern = se moquer <sup>5</sup> kopogtat = klopfen = frapper <sup>6</sup> megbüntethető = kann gestraft werden = peut-il être puni? <sup>7</sup> házi feladat = Hausaufgabe = devoir à domicile <sup>8</sup> kígyó = Schlange = serpent <sup>9</sup> fark = Schwanz = queue <sup>10</sup> hattyú = Schwan = cygne <sup>11</sup> dühönök = wütend = furieux <sup>12</sup> foglajós = an Zahnweh leidend = qui souffre d'une rage de dents <sup>13</sup> fegház = Strafanstalt = maison de force <sup>14</sup> foglalkoztatni fogunk téged = du wirst beschäftigt werden = être employé <sup>15</sup> mesterség = Beruf = profession <sup>16</sup> repülőtanfolyam = Fliegerkurs = cours d'aviation <sup>17</sup> nagyapa = Großvater = grand-père <sup>18</sup> bárka = Arche = arche <sup>19</sup> vízözön = Sintflut = déuge <sup>20</sup> nem ér semmit = es ist nichts wert = ne vaut rien <sup>21</sup> tehén = Kuh = vache <sup>22</sup> széna = Heu = foin

continui.<sup>9</sup> «Visne hoc scriptis<sup>10</sup> mandare?» — quaesivi. — Tum nullus nummulus<sup>11</sup> tibi solvens est.

Argentarius sine mora ad mensam consedit et declarationem perscripsit. Aliquot hebdomadibus<sup>13</sup> post in expositione tabulam<sup>14</sup> proposui, cuius inscriptio erat : «Imago circumscriptoris<sup>15</sup> cogniti». Postero die argentarius multo<sup>16</sup> mane<sup>16</sup> advenit et pretium solvit eā condicione, ut imago extemplo<sup>17</sup> in domum suam portaretur.

Ladislaus Keleti disc. gimn. IPEA. (VI. cl.)

<sup>1</sup> nem régiben = unlängst = dernièrement <sup>2</sup> kezdő = Anfänger = débutant <sup>3</sup> töprengtem = nachsinnen = réfléchir <sup>4</sup> bankár = Bankier = banquier <sup>5</sup> piszkos üzletek = unsaubere Geschäfte = des affaires louches <sup>6</sup> megegyezni = sich einigen = s'accorder <sup>7</sup> dolgozni vmin = arbeiten an = travailler à <sup>8</sup> olcsóbban = wohlfleißer = à meilleur marché <sup>9</sup> erőt vesz magán = sich bezingen = se dominer <sup>10</sup> írásban adni = schriftlich geben = donner par écrit <sup>11</sup> fillér = Heller = centime <sup>12</sup> fizetendő = bezahlen müssen = avoir à payer <sup>13</sup> hét = Woche = semaine <sup>14</sup> festmény = Gemälde = peinture <sup>15</sup> szélhámos = Hochstapler = escroc <sup>16</sup> kora reggel = früh morgens = de bon matin <sup>17</sup> rögtön = sofort = tout de suite

=====

## Rex Fridericus et vicinus eius.

Sripsit : P. J. Hebel. Latine redditum : Clara Deák discipula Theresiana Bp.

Rex Fridericus II Borussiae<sup>1</sup> villam pulcherriam habebat iuxta Berolinum et libenter ibi tempus egit, dummodo ne pistrinum<sup>2</sup> inquietum prope villam fuisse. Primo pistrinum non congruit<sup>3</sup> cum villa regia, quamquam<sup>4</sup> panis recens etiam in villa bene sapit,<sup>5</sup> si in pistrino subtiliter molitus<sup>6</sup>



## Similitudo.

Artifex pingendi (pictor) quidam clarissimus, qui nuperrime<sup>1</sup> mortuus est, de se hanc historiam narravit. Cum tiro<sup>2</sup> adulescens eram, et meditabar,<sup>3</sup> quomodo homines inventire possem, quos pingere, tum forte argentarius<sup>4</sup> quidam de sorridis<sup>5</sup> negotiis<sup>6</sup> notus ad cenam me invitavit ita : «Honesta et multa de te audiveram — incepit ille — et libenter me a te pingi vellem».

Mox consensimus<sup>6</sup> de pretio. Statim laborem incepi, et diligenter imagini operam<sup>7</sup> dabam.<sup>7</sup> Cum opus ad finem perduxi, argentarius ex improviso : «Imaginem non accipio, dixit. Nulla enim est similitudo. Nemo me agnosceret». Putabat enim sic se picturam multo minoris<sup>8</sup> a me emere posse. Primum paene furebam, deinde, tamen me<sup>9</sup>

<sup>1</sup> Poroszország = Preussen = Prusse <sup>2</sup> malom = Mühle = moulin <sup>3</sup> összeillik = zusammenpassen = aller ensemble <sup>4</sup> ámbár = obgleich = bien que <sup>5</sup> izlik = schmeckt = plaïre <sup>6</sup> megörölték = gemahlen = moudre

et in furno bene coctus est.<sup>7</sup> Deinde si rex in cogitatione<sup>8</sup> defixus<sup>9</sup> vicini immemor<sup>10</sup> erat, molitor<sup>10</sup> subito pistrinum crepitare<sup>11</sup> iussit<sup>11</sup> immemor vicini regii; et cogitatio regis non impediēbat crepitum pistrini, sed crepus pistrini nonnunquam<sup>12</sup> cogitationem regis. Lector benignus<sup>13</sup> interrogat: «Rex habet tantum auri, quantum foliorum arbor habet, ergo cur non emit et iubet<sup>14</sup> destrui<sup>14</sup> pistrinum?»

Rex sciebat, cur. Quodam<sup>15</sup> die<sup>15</sup> ad se venire iussit molitorem. «Intellegis — inquit — uni nostrum loco<sup>16</sup> cedendum<sup>16</sup> esse. Quantum das mihi pro villa mea?»

Molitor rogavit: «Quanti<sup>17</sup> aestimas,<sup>17</sup> domine vicine, rex?»

Rex respondit: «Vir mirabilis, non habes tantum auri, quanti villam meam emere possis. Quanti eastimas pistrinum tuum?»

Molitor respondit: «Domine rex, neque Tu habes tantum auri, quanti pistrinum meum emere possis. Id non est venale!»<sup>18</sup>

Rex proposuit conditionem<sup>19</sup> primam, etiam secundam, tertiam quoque, sed vicinus permanxit in sententia sua: «Id non est venale! Quomodo ego ibi natus eram, — inquit — volo etiam ibi mori et quomodo a patre meo hoc pistrinum mihi conservatum est, eodem modo a me accipient<sup>20</sup> hereditate<sup>20</sup> posteri mei illud et cum illo pia<sup>21</sup> vota<sup>21</sup> maiorum».

Nunc rex dixit voce severa: «Scisne, vir bone, mihi verba<sup>22</sup> multa<sup>22</sup> non dicenda<sup>22</sup> esse.<sup>22</sup> Pretium taxari<sup>23</sup> iubebo<sup>23</sup> et pistrinum destruetur. Deinde aut accipis pecuniam, aut non!»

Nunc ridet molitor, vir impavidus et respondit: «Recte dixisses, domine clementissime, nisi iudicium<sup>24</sup> regium Berolini esset!»

Quasi<sup>25</sup> dixisset<sup>25</sup> se<sup>25</sup> regem in ius<sup>26</sup> vocare<sup>26</sup> velle. Rex dominus iustus erat et maxime clemens esse potuit, ergo fortitudo libertasque<sup>27</sup> sermonis ei non molesta<sup>28</sup> erat, sed eum iuvit.<sup>29</sup> Ab illo tempore molitorem non turbabat et iungebat cum illo vicinitatem<sup>30</sup> pacatam.

<sup>7</sup> megsütötték = gebacken = cuire    <sup>8</sup> gondolataiba me-  
rült = in Gedanken vertieft = plonger dans ses pensées  
<sup>9</sup> nem gondolt...ra = dachte nicht an = ne pensait plus  
<sup>10</sup> molnár = Müller = meunier    <sup>11</sup> kerepeltette = liess  
klappern = faire cliqueter    <sup>12</sup> nem egyszer = manchmal =  
plus d'une fois    <sup>13</sup> nyájas = geneigt = affable    <sup>14</sup> bon-  
tatja le = lässt niederreissen = faire démolir    <sup>15</sup> egy na-  
pon = eines Tages = un jour    <sup>16</sup> engendrie kell = weichen  
muss = doit céder    <sup>17</sup> mennyeire becsüli = wie hoch  
haltet Ihr = à combien l'évaluez-vous    <sup>18</sup> eladó = feil =  
est à vendre    <sup>19</sup> ajánlat = Angebot = offre    <sup>20</sup> örökölköl-  
jék = ererben = hériter    <sup>21</sup> áldás = Segen = bénédiction  
<sup>22</sup> kell sok szót vesztegetnem = nötig habe viel Worte zu  
machen = je n'ai pas besoin de perdre mon temps à dis-  
cuter    <sup>23</sup> megbecsültetem = lasse taxieren = faire  
évaluer    <sup>24</sup> törvényszék = Gericht = tribunal    <sup>25</sup> vagyis  
hogy ō = nämlich dass er = c'est-à-dire que    <sup>26</sup> be-  
perelni = anklagen = poursuivre en justice    <sup>27</sup> szó-  
kimondás, nyiltság = Freimütigkeit = franchise    <sup>28</sup> bán-  
totta őt = missfallig = choquant    <sup>29</sup> jól esett neki =  
wohlgefiehl = était agréable    <sup>30</sup> szomszédság = Nach-  
barschaft = voisnage



## LECTORIBUS MEDIIS

### Non emigrabo.\*

Scripsit: Ladislaus Mécs. Latine reddidit: Jos. Guelmino Bp.

Nuntius est missus, manibus<sup>1</sup> collusus<sup>1</sup>  
Diplomatico qui flexuoso<sup>2</sup> calle<sup>3</sup>  
Per obscuram<sup>4</sup> postam<sup>4</sup> magnum iter fecit  
Pragā, circumactus<sup>5</sup> donec ad me venit:  
— Terrae huius te non ferimus<sup>6</sup> hospitem<sup>6</sup>  
Porro.<sup>6</sup> Ut quamlibet in urbem emigrem,  
Pest aut Rodosto, sed eam<sup>7</sup> in malam<sup>7</sup> rem.<sup>7</sup>

— Egone hinc migrem?? Ego huc non veni!  
Sed in initio mundi iam hic eram  
Et in glebis<sup>8</sup> Sáros<sup>9</sup> informis<sup>10</sup> latebam.  
Calcaverunt<sup>11</sup> me hic legiones Romae,  
Triverunt<sup>11</sup> Hunnorum equi, et ungulis<sup>12</sup>  
Gothi et Tartari, saeque Austria.  
Sublati!<sup>13</sup> Vénere,<sup>14</sup> nil boni liquere.<sup>14</sup>

Hac in terra eram. Donec nutu<sup>15</sup> Dei  
Homo efflorui. Per somnia matris  
Hoc corpus e terra sic ego accepi:  
In tumulis<sup>16</sup> Sáros rubescat rubus,<sup>17</sup>  
Solem manducabat triticum,<sup>18</sup> solanum<sup>19</sup>  
Incubabat<sup>20</sup> ex his somnis caro factus.

\* Hoc carmen poëta clarissimus (parochus oppidi Királyhelmei in regione antea a Bohemis obessa) regnanti bus Bohemis scripsit. Pater erat plebi suae: Hungaribus oppressis, qui eum omnibus in rebus defensorem habebant. Et Bohemis, qui propter has res eum finibus eiicere parabant, etiam ad mortem paratus, hoc carmine respondit. Hodie autem certe gaudii plenus est, quod post pactum Vindobonense, oppidum quoque eius Királyhelmei, terra facta est revindicata, reiuncta Hungariae, terrae antiquae, patriae omnium Hungarorum.

<sup>1</sup> kézről kézre játszva = von Hand zu Hand geschmuggelt  
= passer de mains en mains    <sup>2</sup> tekervényes = voll Krüm-  
mungen = sinueux, plein de détours    <sup>3</sup> ösvény, csapás =  
Pfad = sentier    <sup>4</sup> quis sit missor, nescitur    <sup>5</sup> görbe utat  
járvá = herumgetrieben = en passant par des détours  
<sup>6</sup> a vendéget tovább türni = den Gast weiter dulden =  
souffrir l'étranger    <sup>7</sup> menjek a fenébe = ich soll mich zum  
Teufel scheren = que j'aille au diable    <sup>8</sup> rög = Scholle =  
glèbe    <sup>9</sup> comitatus (districtus) Hungariae septentrionalis  
<sup>10</sup> nondum natus, qui formam (corpus) nondum habet  
<sup>11</sup> taposni, tiporni = mit Füßen treten = fouler aux pieds  
<sup>12</sup> pata = Huf = sabot    <sup>13</sup> eltünni = verschwinden = dis-  
paraître    <sup>14</sup> venerunt, reliquerunt    <sup>15</sup> intés = Wink =  
signe    <sup>16</sup> domb = Hügel = colline    <sup>17</sup> szeder = Brombeere =  
mûr    <sup>18</sup> búza = Weizen = froment, blé    <sup>19</sup> krumpli =  
Kartoffel = pomme de terre    <sup>20</sup> kotlani = brüten = couver

*Non sum Rákóczi. Nec sunt mihi propinquui  
Imperator<sup>21</sup> Russus,<sup>21</sup> nec rex Francogallus.  
Sed ut corpus terrā, animus in Gente  
Cruciatorum<sup>22</sup> tunc vivebat, qui nudis  
Pedibus, pannosi<sup>23</sup> solebant vincere:  
Hungaris, Slovacis, Russinis et horum  
Compostum cor meum avorum cinere.<sup>24</sup>*

*Et ut flos silvester luce<sup>25</sup> imminutā,<sup>25</sup>  
Ubi erat natus, moriens arescit,<sup>26</sup>  
Putrescit<sup>27</sup> et humus fit revirescenti<sup>28</sup>  
Stirps<sup>29</sup> novae: sic et gens mea exspectans<sup>30</sup>  
Melius futurum cupide,<sup>30</sup> floribus  
Amissis iam saepe humus erat facta.  
Misera. Relicta. Sine patre, orba.*

*Quamvis ad futurum habeat permultos  
Iuvantes: Iudam, qui Hungaricā<sup>31</sup> tubā<sup>31</sup>  
Labanzone<sup>32</sup> eam fingens rixam<sup>33</sup> miscet,  
Habet vatem fidum, qui cor suum pacet,<sup>34</sup>  
Doctorem,<sup>35</sup> nobiles habet etiam duces,  
Et tamen orba est, quia patre eget.*

*Patre est opus. Et si stipite<sup>36</sup> figar,<sup>36</sup>  
Miserans<sup>37</sup> eam, si solus, remaneo  
Pater. Nec in vicum Rodostó emigro,  
Nec Pest, ubi idem mi esset vivere.  
Si moriar, corpus humus fit terrae, quae  
Proferet speratum ver Cruciatorum.*

<sup>21</sup> orosz cár = Zar von Russland = le tsar de la Russie    <sup>22</sup> (kuruc) milites Rákóczi principis pro libertate pugnantes    <sup>23</sup> rongyos = lumpig = couvert de haillons    <sup>24</sup> hamvai = Asche = cendre    <sup>25</sup> si lux solis minuitur    <sup>26</sup> elszárad, avar lesz = vertrocknen = sécher    <sup>27</sup> elkorhad = morsch werden = pouvrir    <sup>28</sup> újra virulni = wieder grünen = reverdir    <sup>29</sup> nővény, hajtás = Pflanze, Staude = pousser, plante    <sup>30</sup> várva várni = sehnlichst warten = attendre anxieusement    <sup>31</sup> (tárogató) tuba militum Rákócziánorum    <sup>32</sup> (labanc) milites Habsburgiensium    <sup>33</sup> viszálly = Hader, Zank = discorde    <sup>34</sup> megnyugtat = beruhigen = apaiser, rassurer    <sup>35</sup> tanító = Lehrer = précepteur    <sup>36</sup> (per me stipes adigitur) karóba húznak = werde ich gepfählt = empaler    <sup>37</sup> szánni = bemitleiden = plaindre

## Hymni nationales. V. Hymnus Germanicus.

Scripsit Hoffmann v. Fallersleben. Latine reddidit Dr. G. Merten (ex libro «Canta Latine!» Editor Dümmler, 1935.) Ad modos aptavit Josef Haydn.

## Facetiae Germanicae.

### I. Pyxis<sup>1</sup> tabaci<sup>1</sup> contriti.<sup>1</sup>

Animi<sup>2</sup> Friderici Magni saepe<sup>3</sup> sub<sup>2</sup> volpe<sup>2</sup> latebant,<sup>2</sup> quod etiam duci belli (vulgo: generali) Kökeritz propriā experientiā erat discendum, quem rex nonnunquam propter staturam longam ac macram ludibrio habebat. Aliquando tamen ex astutiis<sup>3</sup> regis eleganter elapsus est. Fridericus enim pyxidem ei dono dedit, cuius operculum<sup>4</sup> eburneum effigie simiae<sup>5</sup> iocularis adornatum erat. Generalis donum summo obsequio atque gratiā accepit, quocum statim nuntium Berolinum misit, qui pro simia sublata imaginem regis substituerat. Sequenti die inter cenam evidentibus deliciis saepius naribus hausit tabacum contritum

ex pyxide. Quod cum rex cerneret, ironice subridens rogavit: «Nonne, Kökeritz, pyxis tibi placet?»

«Quae quidem eo magis mihi in deliciis est, — respondit humaniter interrogatus, — quod imago venerabilis Tuae Maiestatis in ea incisa est.» Rex stupescit, perturbatur et paulisper oculos in mensam deicit. «Kökeritz — exorsus est dein loqui — porridge mihi pyxidem!» Kökeritz dicto<sup>6</sup> audiens<sup>6</sup> porrexit eam. Cum Fridericus communicationem inexpectatam imaginum videret, vultus eius exhilaratus est: «Inventum<sup>7</sup> callidum tibique

<sup>1</sup> burnótos szelence = Schnupftabakdose = tabatière  
<sup>2</sup> hamis volt a zuzája = er hatte einen Schalk im Leibe = être un rusé compère    <sup>3</sup> ravasz cseloggások = schlaue Anschläge = astuce    <sup>4</sup> fedél = Deckel = couvercle    <sup>5</sup> majom = Affe = singe    <sup>6</sup> engedelmeskedve = gechorchend = obéir  
<sup>7</sup> ötlet = Einfall = idée

laudi est», dixit et subridens pyxidem reddidit. Post cenam nutu generalem ad se in cubiculum privatum vocavit. Imago in tua pyxide est mei parum similis, accipe similiorem. Simulque porrexit ei pyxidem auream, in cuius operculo imago regis gemmis pretiosissimis erat inclusa.

### II. Nestroy et simellae.<sup>8</sup>

Nestroy Graezi<sup>9</sup> diu histrio<sup>10</sup> vivebat. Nestroy non tantum actor,<sup>11</sup> sed etiam homo in<sup>11</sup> omnium sinu<sup>11</sup> erat.<sup>11</sup> Sale<sup>12</sup> et facetiis<sup>12</sup> omnes vicit. Quamvis ioculator ingeniosus omnibus acceptus fuisset, tamen gravem cavillatorem<sup>13</sup> nonnulli timebant. Fuit tempus, cum pistores simellas tam parvas fecerunt, ut oculis apertis — ut fama tenet — vix percipi<sup>14</sup> potuerint. Simellae hae in ore et sermone totius urbis erant.

Vespere cuiusdam diei (fabula iocosa nescio cuius agebatur<sup>15</sup>) Nestroy in scenam prodiit cum malleolis<sup>16</sup> vestimento assutis pusillas simellas imitantibus. Spectatores gaudio exsultabant.<sup>17</sup> Pistores ad iudicem recurrerunt. Nestroy 48 horas (cavillationis condemnatus) in custodiam conditum est.

Cum custodiā liberatus in scenam primum prodiit, in scena se interrogari iussit, utrum in custodia fame pressus esset necne. Nestroy imperterrit ac audacter respondit: «Nequāquam. Filia praefecti custodiae saepius in die simellas mihi traicit — per clostellum».<sup>18</sup>

Spectatores supplodebant. Pistores lacrimas fundebant. Nestroy impune abiit.

### III. Mirum<sup>19</sup> equorum pabulum.

Molitor<sup>20</sup> ex pago Knorringen ridiculum<sup>21</sup> erat caput,<sup>21</sup> quem aliis ludos<sup>22</sup> facere<sup>22</sup> iuvabat. Quod igitur frigoribus<sup>23</sup> vesperā multā<sup>24</sup> equo vectus in cauponam venit, id vicani Grünwiesenini circum furnum<sup>25</sup> sedentes minime mirabantur. Sed admirationem eorum eo magis excitabant, quae deinde egit. Postquam in cenationem<sup>26</sup> intraverat ibique circumspiciebat, dixit ministrae,<sup>27</sup> ut patinam<sup>28</sup> lactucae<sup>29</sup> sale, aceto oleoque conditae atque ovis duris coronatae apponaret — suo equo. Cum ministra lactucam paratam in equile<sup>30</sup> tulit, rusticī curiosi<sup>31</sup> eī secuti sunt, ut viderent, utrum novum pabulum equus libenter sumeret, an non. Interim molitor paenulam<sup>32</sup> in scamno<sup>33</sup> stravit et furno assidens se beabat. Haud longā cunctatione interpositā redit ministra cum rusticis et narrat equum nolle cibum capere. «Vah! si non capit equus, capiam ego», dixit molitor simulque ad mensam residens lactucam cenavit. Post cenam ratiunculā<sup>34</sup> persolutā paenulam a furno sublatam induit et ad rusticos versus benigne dixit: «Gratias vobis ago, quod locum vestrum mihi cessistis<sup>35</sup>» et abiit. Tunc tantum intellegebant vicani se ab molitore maledictio ludibrio habitos esse.

Si vero tibi, lector benebole, fides<sup>36</sup> mea in dubium venerit, pete in capona Grünwiesenina lactucam sale, aceto oleoque conditam cum ovis duris, sed cave, ne te verberibus<sup>37</sup> mulcent.<sup>37</sup>

Aem. Láng Keszthelyensis.

<sup>8</sup> zsemlye = Semmel = petit pain <sup>9</sup> Graz <sup>10</sup> színész = Schauspieler = acteur <sup>11</sup> dédelgettett = sehr lieb haben = dorloter <sup>12</sup> finom élc és tréfás ötletek = feiner Witz und drollige Einfälle = fines saillies et idées plaisantes <sup>13</sup> csipkelődő =

Stichler = gouailleur, malicieux <sup>14</sup> észrevenni = wahrnehmen = voir, percevoir <sup>15</sup> szinrehoz = aufführen = représenter <sup>16</sup> gomb = Knopf = bouton <sup>17</sup> ujjong = jubeln = jubiler <sup>18</sup> kulcslyuk = Schlüsselloch = trou de la serrure <sup>19</sup> különös = sonderbar = drôle, extraordinaire <sup>20</sup> molnár = Müller = meunier <sup>21</sup> kópé, tréfás ember = Possenmacher = faiseur de blagues <sup>22</sup> vkit megréfálni = in zum besten halten = jouer des tours <sup>23</sup> téli hidegen = bei Winterkälte = dans la froide saison <sup>24</sup> késő = spät = tard <sup>25</sup> kályha = Ofen = poèle <sup>26</sup> étkező helyisége = Speisezimmer = salle de restaurant <sup>27</sup> pincérő = Kellnerin = sommelière <sup>28</sup> tál = Schüssel = plat <sup>29</sup> saláta = Salat = salade <sup>30</sup> lóistálló = Pferdestall = écurie <sup>31</sup> kiváncsi = neugierig = curieux <sup>32</sup> köpeny = Mantel = manteau <sup>33</sup> pad = Bank = banc <sup>34</sup> kis számla = kleine Rechnung = petite note <sup>35</sup> átengedni = (Platz) abtreten = céder <sup>36</sup> szavahűtőség = Glaubwürdigkeit = véracité <sup>37</sup> elpáhol = durchprügeln = rosser

## Somnia Latronum.

### Theatrum Parvulorum.

Scripsit P. Henricus Koehler S. J. in Brasilia.

#### Personae:

Carolus Magnus.

Sergius, Aurelius, Pomponius, Rufus praedones.  
Blasius, Rutlandus, Renatus et alii equites.

Scena silvam ostendit. Ab laeva apud radices quercus umbrosae terra paululum assurgit fere in modum lectuli. Res agitur tempore nocturno.

#### Scena I-a.

Carolus Magnus paludamento<sup>1</sup> purpureo indutus, sub quo apparent thorax<sup>2</sup> et femoralia<sup>3</sup> e corio,<sup>2</sup> cassidem inauratam, gladium e balteo pendente, caligas altas, calcaria, cornu venaticum gestans, it redditus per proscenium.

CAROLUS M.: O cervum paeclarum, qualem ne in somnis quidem unquam vidi! Jam 3 horas eum per valles et iuga montium et hanc silvam persecutus eram, cum ecce! ex inopinato prope marginem voraginis<sup>4</sup> resistit et, fulmineo ictu ramosa cornua in sequentem se equum convertens, pectus ei et viscera mortiferis acuminibus<sup>5</sup> transfodit. Nulla mora, Aquilo, quo meliorem equum non habebam in stabulis, velut mucronibus<sup>6</sup> percussus, interiit. Neque multum afuit, quin ego ipse ab equo cadenti opprimerer. Sed vix hoc periculo me exsolveram, cum me invasit mortis metu saeviens bestia, cui tamen post pauca puncta<sup>7</sup> (minuta) acuto venabulo vitam eripui. (Parvulum intervalum.) Nunc, quae sors me hic maneat, plane ignoro. Circum silva caliginosa... Socii ubi sunt? Procul dubio longissime a me distant. Cum enim cervus et Aquilo huc advolaverunt, nemo comitum sequi me potuit. Sed quorsum<sup>8</sup> mihi est bucina?<sup>9</sup> Quā

<sup>1</sup> hadvezéri köpeny = Feldherrnmantel = manteau de général <sup>2</sup> bőrmellény = Lederwams = cuirasse <sup>3</sup> rövid nadrág = kurze Hosen = culotte <sup>4</sup> szakadék = Abgrund = précipice <sup>5</sup> hegye vminek = Spitze = pointe <sup>6</sup> tőr = Dolch = poignard <sup>7</sup> perc = Minute = minute <sup>8</sup> mire való = wozu = à quoi sert <sup>9</sup> jelzökört = Signalhorn = cornet (pour donner un signal)



maximā potero vi, bucinabo. (*Ter quaterve bucinam inflat; postea per aliquot temporis momenta auscultans adstat.*) Nihil audio: in irritum<sup>10</sup> cecidit<sup>10</sup> haec spes. (*Circumspiciens.*) Optimas latronibus



praebet latebras haec silva tenebrosa. Nihil rēfert, neque enim sum imbellis. Et hoc sōlum, musco<sup>11</sup> contectum, pro lectulo mihi erit. (*Genua flectit*): In manus tuas, Domine, commendo spiritum meum. Si quid peccavi, Pater, ignosce... Ultimā in mortis horā Filium pro nobis ora, Mater-Virgo, Domina. (*Recumbit.*) *Continuabitur.*

<sup>10</sup> meghiúsul = vereitelt werden = s'évanouir    <sup>11</sup> moh = Moos = mousse

### Nandus missam celebrare discit.<sup>1</sup>

Ex libro «Der Nant. Eine lustige Studentengeschichte vom Reimmichl.» Latine reddidit Avenarius presb. S. V. D. (Tirschenreut — Germania.)

Nandus priusquam proficiseretur ad studia, domi a parocho<sup>2</sup> per dimidium annum est instruc-tus. Quo tempore sibi<sup>3</sup> sacerdos fere visus<sup>3</sup> canebat vesperas,<sup>4</sup> ducebat pompas,<sup>5</sup> praedicabat; sed cum praedicabat, neminem patiebatur audire, praeterquam quas pascebat vaccas. In cubili<sup>6</sup> suo magnum habebat altare, ubi etiam sollemnem missam celebrabat. Cadus<sup>7</sup> pulchre pictus floribus,

matris hereditarius, pro<sup>8</sup> calice erat<sup>8</sup>; album patris indusium<sup>9</sup> pro casula,<sup>10</sup> vicini filius Joannis Casparus ministrabat. Clarā voce Nandus canebat 'Gloria' suum et 'Dominus vobiscum' et 'Ite missa est'; et caeremonias quidem scite faciebat et non indecor, sed saepe in rixas<sup>11</sup> iit<sup>11</sup> cum ministro. Quodam die re<sup>12</sup> incandescente<sup>12</sup> in eo<sup>12</sup> fuit,<sup>12</sup> ut Nandus pararet Caspari vellere<sup>13</sup> auriculam.<sup>13</sup> Sed is erumpens<sup>14</sup> per scalam devolat. Nandus patris indutus indusium insectatur, fugitivum ut comprehendaret, qui celeritate crurum diu indusiatum<sup>15</sup> sacerdotem per prata, per agros frustratus,<sup>16</sup> ad extremum non leniter vellitur tamen.

Aliquando Nandus sacra<sup>17</sup> faciens<sup>17</sup> sua in angustum venit. Defregerat ab illo cado matris pulchro ansam.<sup>18</sup> Et sciebat, quanti mater semper aestimasset suum calicem, neque<sup>19</sup> iniuria<sup>19</sup> timebat, ne si pater rem audisset, ipse<sup>20</sup> vapulaturus<sup>21</sup> esset. Sed ut erat callidus, promptum repperit consilium. Dimisso statim ministro patrisque posito indusio, cadum et ansam deportat in conclave,<sup>22</sup> caute reponit in armario<sup>23</sup> quod<sup>23</sup> pendet<sup>23</sup> in pariete,<sup>23</sup> ansam quantum potest adglutinat.<sup>25</sup> Tum antiquam felem<sup>26</sup> ponit in armario juxta cadum, armarii non firmat obice<sup>28</sup> ostiolum. Adducit Caronem, canem, cui antiques cum fele inimicitiae erant, dissimulans<sup>28</sup> technam<sup>28</sup> exit ad matrem in hortum. Subito canis atrocem edit latratum, currit ad conclavis fenestram mater, videt emoveri ostiolum armarii cumque fragore ferri<sup>29</sup> in terram et in mille dissilire testas<sup>30</sup> avitum cadum; sequitur furibunda felis. Tum vero clamat: Bombax!<sup>31</sup> putida<sup>32</sup> caro<sup>32</sup> haecce in armario fuit, pulchrum cadum diecit. Mallem me duabus privatam florenis.<sup>33</sup> «Venabor foedam bestiam» inquit Nandus, et ut malam decet, male mulcabo.<sup>34</sup> Illa: 'Nihil id jam adiuvat, cadus fractus multando non fit integer». Hoc enimvero verum est, inquit Nandus, et secum tacitus: «Ne tum quidem integratus<sup>35</sup> esset cadus, si ego vapulassem. Sic certe multo melius».

<sup>1</sup> Partes iam publicatas vide: a. 1937—38, pag. 41, 58, 71   <sup>2</sup> plébáno = Pfarrer = curé   <sup>3</sup> érezte magát = fühlte er sich = se sentir   <sup>4</sup> vecsernye = Vesper = vêpres   <sup>5</sup> vulgo: processiones   <sup>6</sup> hálókamra = Kammer = chambre à coucher   <sup>7</sup> kancsó = Weinkrug = cruche   <sup>8</sup> szolgál vmiül = dient als = servir de   <sup>9</sup> ing = Hemd = chemise   <sup>10</sup> misere-ruha = Mäggewand = chasuble   <sup>11</sup> összeveszett = kam zu streiten = se disputer   <sup>12</sup> annyira elmérgesedett a dolog = wurde das Ding so arg = la chose s'est envenimée   <sup>13</sup> fulét megcibálni = an die Ohren greifen = tirer l'oreille   <sup>14</sup> elinalni = Reißaus nehmen = détaler   <sup>15</sup> indusio indutum effugiens   <sup>16</sup> misézés közben = durch das Messelesen = en disant la messe   <sup>18</sup> füle = Henkel = anse   <sup>19</sup> et iure   <sup>20</sup> Nandus   <sup>21</sup> verést kap = durchgeprügelt werden = être fessé   <sup>22</sup> szoba = Stube = chambre   <sup>23</sup> fali szekrény = Wandschrank = placard   <sup>25</sup> megragasz = darankleben = coller   <sup>26</sup> macska = Katze = chat   <sup>27</sup> retesz = Riegel = verrou   <sup>28</sup> (eltitkolva a csinyt) ártatlan képpel = harmlos = d'un air innocent   <sup>29</sup> inf. pass.   <sup>30</sup> (cserép)darab = (Scherbe), Stück = tesson   <sup>31</sup> teremtette! = Potz Tausend = nom d'une pipe!   <sup>32</sup> rondă dög = biestige Aas = cette sale bête   <sup>33</sup> forint = Gulden = florin   <sup>34</sup> elpüföl = durch-walken = rosse   <sup>35</sup> újra éppe v. egésszé válik = wieder ganz werden = devenir entier

**Carmína popularia Hungarica. III.**In latinum convertit VII classis gymnasii puellarum Kaposváriensis et *Cornelia Salamon*.

*Maestissimamente*

*Mf*

Arx su-per - ba Krasz-na-hor - ka, Noc-tis um-bris in - vo - lu - ta,  
Proe-li - a - to - res prin-ci - pis Pri-dem ia-cent ex - su - lan - tis.

*f*

Bru-ma per tur - ris ca - cu - men An - ti - quam ca - nit vir - tu - tem.  
Ex tur - ri - bus noc - te se - ra Iam non flet la - te bu - ci - na.

Ae - tas il - la glo - ri - o - sa Non re - dit Rá - kó - czi - a - na!  
Tam re - lic - ta est, tam or - ba Arx su - per - ba Krasz-na - hor - ka!

=====



Pittacia pulcherrima Germaniae, quae moderator ab Ottone Schmied, Carolo Flesch, Arnoldo Schiller atque ab Rev. Theodoro Philips et Avenario hisce annis accepit involucris epistolarum adglutinata. Ex 7 pittaciis Austriacis 3 centenarium ferriviae, quartum zodiacum, quintum diem matrum, sextum et septimum duas regionum Austriae illustrant. Pittacia Germanica in secunda serie populi scitum Austriacorum de unificatione, centenarium ferriviae, decennium Societatis Aëriae «Hansa», rem humanitariam hiemalem, in tertia serie receptionem regionis Saar, Hindenburgum principem, cursum publicum aërium Germaniae, diem memorialem heroum ad oculos proponunt.

## Officium<sup>1</sup> laborum.<sup>1</sup>

Scripsit E. Rády. Latine reddidit Elisabetha Nagy dr. Bp.

Erat aliquando aetas generis humani, cum morbus horrendus inopiae<sup>2</sup> quaestūs<sup>2</sup> ignotus esset, cum societas hominum duos tantum typos

compluries centum milia hominum inopes quaestūs sunt. In antiqua Cescoslovacia 750 milia patrum familiarum sine quaestū erant, ut tantum nonnulla exempla memoremus. Ultimis mensibus — secundum tabulas statisticas — res aliquantulo melius se habet, sed, uti rerum periti dicunt, causae huius melioris status rerum minime sunt laeta-



Sodales officii laboris feminei Germanici certamen gymnicum sollempne spectantes.  
(Ex periodico «Elet»).

novisset: hominem laborantem et hominem laboris<sup>3</sup> fugientem.<sup>3</sup> Sed vita oeconomica ex eo tempore vehementissime se evolvit, technica autem pars gradibus<sup>4</sup> plenis<sup>4</sup> subigit mundum. Machina utilitatem generi humano attulit, commodum secum portavit, nonnullis divitias, opes dedit, homines multa adhuc necopinata assequi potuerunt, sed machinae a multis dirae<sup>5</sup> generis humani novi aevi putantur, quia morbum horrendissimum hominis hodierni: penuriam quaestūs protulerunt. «Cruce et aratro» ibant monachi<sup>6</sup> fortissimi medi aevi inter gentes barbaras Europæ. «Ora et labora!» praedicavit homo medi aevi et hanc contemplationem<sup>7</sup> rerum<sup>7</sup> naturae<sup>7</sup> etiam nostra aetas hereditate accepit.

Sed novissime in genus humanum morbus terribilis irrupit: inopia quaestūs. Etiam hodie in viis urbium magnarum inveniri potest typus novi aevi: inops quaestūs, lapsis<sup>8</sup> genis,<sup>8</sup> oculis dolore lacrimantibus apathice vagans. Etiam in Britannia

biles:<sup>9</sup> ad tempus enim penuria quaestūs minor est, quia omnes gentes mundi se ad bellum vehementissime parant et industria<sup>10</sup> bellica<sup>10</sup> permultis hominum quaestūm praebet. Quod autem rem perfecte non solvit, nam si praeparatio gentium ad bellum remissa erit,<sup>11</sup> homines nunc in officinis armorum laborantes, unde vivant iterum, non habebunt. Ergo singulae res publicae rem aliter solvere student.

<sup>1</sup> munkaszolgálat = Arbeitsdienst = service (obligatoire) du travail <sup>2</sup> munkanélküliség = Arbeitslosigkeit = chômage <sup>3</sup> munkakerülő = arbeitsscheu = désœuvré <sup>4</sup> rohamlépés = Sturmschritt = à pas de géant <sup>5</sup> átok = Unheil = malédiction <sup>6</sup> szerzetes = Mönch = religieux <sup>7</sup> élet szemlélet = Lebensanschauung = façon de considérer la vie <sup>8</sup> beesett arc = eingefallene Wangen = joues creuses <sup>9</sup> örvendetes = erfreulich = réjouissant <sup>10</sup> hadiipar = Kriegsindustrie = industrie de guerre <sup>11</sup> csökken = nachlassen = baisser

Civitates inopes quaestūs saepissime stipe<sup>12</sup> sustentant. Quae «solutio» ubique maximo cum gaudio salutata est, quam autem minime bonam esse brevi apparuit. Homo laborare vult et secundum mentem nostram moralem quaestus non, nisi labore comparatus, iustus putatur. Operarius, qui sine labore vitam suam stipe sustentat, se humilitum esse sentit. Sic exorta est solutio, quae inopes quaestūs laboribus<sup>13</sup> ex<sup>13</sup> necessitate<sup>13</sup> impositis<sup>13</sup> occupent.


Sed penuria quaestūs tantum in illis civitatibus sublata est, ubi opus plane novum, maximi momenti, quasi rempublicam denuo aedificandi causā inceptum est. Quod primum Russia Sovietica temptavit, ubi superprocreatio<sup>14</sup> proclamata est. Sed secundum mores sovieticos aedificatio rei publicae sovietica feneratio<sup>15</sup> laborum<sup>15</sup> saevisima facta est et sors operarii «liberi» sovietici hodie nihilo melior est sorte servorum antiqui aevi. Multo plus profecit Italia Mussolinio Duce, ubi operarius magni aestimatur et fundamentum societatis homo laborans est. Urbes maximae novae ex celeritate<sup>16</sup> maxima<sup>16</sup> laborum<sup>16</sup> natae sunt et cum aedificatio intestina<sup>17</sup> reipublicae iam non indigeret tanto roboris humani, homines supervacui<sup>16</sup> in coloniam Abyssiniam laboratum missi sunt. In Italia hodie operarii supervacui inveniri non possunt. Simili modo et Germania laboribus publicis immensis, — e. c. viis<sup>18</sup> automobilibus<sup>18</sup> aptis<sup>18</sup> 7700 chm-orum, quarum iam 3000 chm-orum perfecta sunt, cum 290 milia m<sup>3</sup> (=metrorum cubicorum) terrarum versant, ergo plus quam terra, quae in Fossa Panamensi aedificanda effodiebatur — et procreationem maxime augendo omnino sustulit penuriam quaestūs (quae anno 1930 duo milia inopum quaestūs significavit) et hodie iam operarii externi importandi sunt.

Sed, ut procreatio tali modo augeri possit, sistema oeconomicum radicitus<sup>19</sup> mutandum est: mores sociales Christiani valere debent. Singulari modo temptat penuriam quaestūs minuere «officium laborum iuvenile». Hic motus — perpauci scunt — ex Bulgaria parva ortus est, ubi prima castra laborum iuventutis instituta sunt. Unde sumpserunt Italia et Germania et novissime etiam nos vere introducere volumus. Quae castra laborum duplex propositum habent: cum parte iuventutis occupata numerus labores quaerentium minuitur et sic penuria quaestūs minor fit, tum — quod maximi momenti est — operarii corporis<sup>20</sup> et<sup>20</sup> animi<sup>20</sup> ad tempus in unum congregatis et labore communi et vita communi sensus communis excitatur et iuvenes variorum ordinum<sup>21</sup> societatis<sup>21</sup> impelluntur, ut alter alterum aestimet.

Etiam in vita Hungarica reputatur, quomodo castra laborum introduci possint. Aliquotem temporis opus erit, dum hoc institutum nostrum novum optime fungatur. Societas hominum Hungarica Christiana sperat fore, ut castris laborum instiuentis patria multum proficiat.

<sup>12</sup> segély = Unterstüzung = secours    <sup>13</sup> szüksegmunka = Notarbeit = travaux publics pour combattre le chômage    <sup>14</sup> többtermelés = Produktionssteigerung = intensification de la production    <sup>15</sup> munkakorzás = Arbeitsausbeutung = exploitation du travail    <sup>16</sup> hatalmas munkatempó = gewaltiges Arbeitstempo

= travail actif    <sup>17</sup> fölösleges = überflüssig = superflu    <sup>18</sup> autót = Autostraße = autotrade    <sup>19</sup> gyökerestül = von Grund aus = de fond en comble    <sup>20</sup> fizikai és szellemi = physisch und geistig = physique et intellectuel    <sup>21</sup> társadalmi osztály = Klasse der Gesellschaft = classe sociale



**Tabulae mortuorum.** *Ioannes Muginess*, constructor primae navis<sup>1</sup> aeratae<sup>1</sup> (vulgo: Dreadnought), civis Britannicus, 81 annos natus mortem obiit. — *Permagna multitudo discipulorum nec non lectorum* «Juventutis» luget obitum<sup>2</sup> doctissimi et humanissimi professoris, viri historiae peritissimi, *Albini Gombos*, cuius opus «aere perennius» (*Catalogus Fontium Historiae Hungaricae*) mense Septembri (pag. 14) recensuimus. «Quis desiderio sit pudor aut modus tam cari capit?» dicimus cum Horatio. — Amicis litterarum<sup>3</sup> elegantiorum<sup>3</sup> magnam intulit maestiam mors *Caroli Czapek* etiam in Hungaria noti. — *Franciscus Jehlicska* dr. theologiae, sacerdos, unus ex propugnatoribus libertatis Slovaciae, 60 annos natus Vindobonae mortuus est.

**Bellum civile** in Hispania forsitan hoc novo anno finietur, nam nationales in dies magis magisque Barcelonae appropinquant. — *Japonenses Sinae* 47%-am, incolarum autem 68%-am (170,000,000) subegerunt. Sinensium adhuc 823,000, Japonensium 47,000, in pugnis mortui sunt.

**Hortulanus<sup>4</sup> Batavi**, ut gratiam pacis conservatoribus referrent, qui in urbe Monaco convenientes Germanos Polonus Hungaros patriae reddiderant, promiserunt se hortos quattuor urbium floribus ornatus essem. Bulborum<sup>5</sup> tuliparum<sup>5</sup> Berolini in vivario<sup>6</sup> 40,000, Parisiis ante Palatium Bourbon 56,000, Romae in Via Vittorio et Londinii in horto Victoria 36—36 milia serentur.<sup>7</sup>

**Vladimir magnus dux** patre mortuo a Russis in urbe Parisiis sollemiter omnium Russorum imperator declaratus est. Vladimir autem declaravit se nolle Ucraniae, partis Russiae imperator esse, sed totius Russiae.

**In Civitatibus Foederatis Americae** Calendis Decembribus 9,211,000 hominum sine opere numerati sunt; status igitur oeconomicus peior est, quam anno ante, cum 7,751,000 hominum sine quaestu erant.

**Hiems adeo dura** est, ut lupi in Suecia homines in via publica euntes aggredi audeant, quin etiam in pagos irrumptant, quare rustici regionis Jämtland non nisi armati domum relinquere possunt. Etiam

<sup>1</sup> hadihajó = Kriegsschiff = vaisseau de guerre    <sup>2</sup> mortem = szépirodalom = Belletristik = belles-lettres    <sup>3</sup> kertész = Gärtner = jardinier    <sup>5</sup> tulipánhagyma = Tulpenzwiebel = oignon de tulipe    <sup>6</sup> állatkert = Tiergarten = jardin d'acclimatation    <sup>7</sup> elültet = pflanzen = planter

in Italia ubique ningit<sup>8</sup> et Vesuvium quoque altae nives tegunt.

**Legatus Iraniae** (Persiae) Parisiis domum revo- catus est, quia imperator in urbe Teheran aegre fert ioca, quibus acta<sup>9</sup> diurna<sup>9</sup> Parisiana Persas ludibrio<sup>10</sup> habebant.<sup>10</sup>

In Rumania inter oppida Etulea et Galatz duo tramina<sup>11</sup> inter se tanta celebritate collisa sunt, ut 93 homines mortui, 142 graviter vulnerati in ruinis invenirentur.

**Chartulae Terram Sanctam** (Palaestinam), ubi Christus natus et mortuus est, illustrantes ab *Andrea Hollós* pictae apud Rev. P. *Carolum Majsai*, commissarium ablegatum Terrae Sanctae Hungaricum (Budapest, II., Margit-körxt 23) venales<sup>12</sup> prostant.<sup>12</sup> Premium chartularum pulchrarum, ex quibus una, «Descensus ad locum natalem Christi» mense Decembri (pag. 61) edita est, 2 pengoe.

**Commercium litterarum.** Pro fasciculo IV (Dec.) «Juventutis» accepto Sua Eminentia Card. *Justinianus Serédi*, princeps primas Hungariae et *Selma Lagerlöf* fabulatrix Sueciae clarissima, quorum singula opera in ephemerede nostra nuper edita sunt, gratias agere dignati sunt.

<sup>8</sup> havazik = es schneit = il neige    <sup>9</sup> hírlap = Zeitung = journal    <sup>10</sup> kifiguráz = verspotten = sé moquer    <sup>11</sup> vonat = Zug = train    <sup>12</sup> kapható = sind zu beziehen = est à vendre



«Refrigeria<sup>1</sup> te quotidie !» Hoc est nomen societati Vindobonensi, cuius sodales hieme, dum alii in cubiculis calefactis morantur, nudi in aqua Danubii glaciali et perfrigida se lavant, aut humi in nivibus strati iacent, ut se refrigerent. Imago nostra ducem et apostolum societatis, doctorem *Panesch* ad oculos proponit, qui more solito die<sup>2</sup> natali<sup>2</sup> Christi<sup>2</sup> nivibus lavatur. Si quis tamen interroget : «Cui prodest?», confitemur hoc genus gymnicorum imitandum non omnibus putamus.



**Lusus<sup>3</sup> discorum<sup>3</sup> glacialis,<sup>3</sup>** quem altera imago illustrat, solum in Austria notus est. Quamquam nunquam hunc ludum vidi, tamen imagine spectata



Lacus Graziensis «Hilmteich», lusus glacialis exercetur.

ita ludendum esse puto: quemadmodum coni<sup>4</sup> globis<sup>5</sup> petuntur, hic coni discis manubrio<sup>6</sup> instruc- tis in glacie lubrica<sup>7</sup> celeriter allabentibus petun- tur. Si quis lectorum aliam rationem huius ludi vi- dit, rogatur, ut explicet.

<sup>1</sup> lehűt = verkühlen = rafraîchir    <sup>2</sup> Karácsony = Weihnachten = Noël    <sup>3</sup> jégtékejáték = Eisschiessen = jeu de quilles sur glace    <sup>4</sup> báb = Kegel = quille    <sup>5</sup> teke = Kugel = boule    <sup>6</sup> nyél, fogantyú = Schaft, Handhabe = poignée    <sup>7</sup> sikamlós = schlüpfriß = glissant

### Scipio albus via publica. <sup>(2)</sup>

Scripsit: *vitéz Geysa Szarka*. Latine reddidit: *Joannes Jeney dr. Sch. P. Vesprimiensis*.

Stephanus Fürtös scipione albo nixus est et domum titubavit.<sup>26</sup> Mirā cantantique voce verba pronuntiabant. Dialogus hominis caeci fuit hicce cum semetipso: — Ehem, me vesanum! Vos pauperes! . . . Miserrimi . . . Miserabiles, infelices Hungari! Vosmet ipsos laceratis, mutuo odio flagratis, pro eo, ut alter alterum amplectamini, sicut fratres parentibus orbat! . . . Quam simplex, quam facile esset, hic, omne . . . si plus amoris esset . . . si animis vestris alter alterum intelligeretis . . . si introspiceretis . . . Hic vita nasceretur, maior panis, plures liberi . . . plus modorum<sup>27</sup> . . . plus adora- tionis . . . plus iustitiae . . . plus luminis . . .

At cui haec omnia dicat? Qui viam bonitatis perseguuntur, illi intelligunt — atqui non eis dicere vult. Ceteri, multi intelligere nolunt.

Mane ergo coram eo queretur, quem in templis nunc omnibus diebus dominicis testantur et precibus fatigant.<sup>28</sup> «Ubi es? Stephane, Hungari optant te! In veste lugubri plorantes coram te! . . .»

Iam primā luce in porticum titubavit, ubi minimus filiorum dormit, Andreolus. Qui puer

<sup>26</sup> botorkál = taumeln, tappen = marcher à tâtons  
<sup>27</sup> nota = Lied = chanson    <sup>28</sup> ostromol = bestürmen = assiéger

matri sua mortuae maxime similis est : talis vox eius, talis ingressus<sup>29</sup> est, qualis erat mulieris naturā bonae. Nec illa unquam coniugi dixit : «Tu, homo caece !»

— Tu, Andreole — insusurravit filio ad aurem — veni, comitare me Csornam !

Puer neque nunc interrogavit : quid opus est — modo paulum ciborum in pera<sup>30</sup> posuit, posthac patrem manu duxit. Sub prata se contulerunt. Olim arundineta<sup>31</sup> Hany hic movebantur, sed solum<sup>32</sup> uliginosum<sup>32</sup> iam recessit et pascua pulchra, luxuriosa,<sup>33</sup> alnis<sup>34</sup> abundantia reliquit.

Filius praebat, finem sciponis comprehendit, post eum pater eius uncum<sup>35</sup> sciponis compre-

ter locomotivi graviter<sup>43</sup> spiravit,<sup>43</sup> Hymnus Hungaricus personuit, — Stephanus Fürtös stabat, ante cancellos pedibus velut si radices<sup>44</sup> egissent<sup>44</sup> stabat. Stridore Curruum ferriviariorum afficiebatur, aliquis ardor sollemnis sanctusque eum percussit, fauces tamen vocem mittere non potuerunt. Solum sciponem album alte sustulit, pileum de capite detraxit et protentis<sup>45</sup> manibus, muto ibi iuxta Currus ferriviarios strepentes stabat. Perdiu sic stabat, adhuc tunc quoque, cum currus ferriviarii iam procul fumaverunt.

Postea in frequentiam hominum incidit. Cattervae prope eum cantu<sup>46</sup> tubarum<sup>46</sup> sonante se proripuerunt, automobilia cornū signum dabant et currus crepitabant. Eodem tempore aliquis ei inclamavit : «Ecce, Fürtös !... Fürtös !...» Scriba publicus erat. «Age, Fürtös, huc concende !»

Sed ad id tempus iam ceteri quoque currus de insula Hany illic erant. Omnes hominem caecum sibi petierunt, cuius oculi gaudio laxabantur. In aliqua voce Petrum Csonka cognovit. «Petre, vicine, — ei acclamavit — attamen introivisti? Etenim te equos non iuncturum<sup>47</sup> esse curru<sup>47</sup> dixisti!»

— Dixisse me verum est. Sed cum mane te, hominem caecum, pedibus profectus esse audiveram, tunc mei pigebat... Age, ad me concende!

Fürtös illorum conversus est, unde prius vocem scribae publici

audiverat : «Si non indignaris, domine scriba publice?...»

— Me? Cur indingarer? Esto! Vilicus Petrus te vehat, ego autem filium tuum veham. Nonne bene est, domine Csonka?

Adversarius placide dixit : «Ita, domine scriba publice!» Hominem caecum in currum sublevavit. Miseranter Stephano Fürtös, antequam habenas

<sup>29</sup> járása = Gang = démarche <sup>30</sup> tarisnya = Ranzen = besace <sup>31</sup> nádas = Röhricht = roseaux, roselière <sup>32</sup> láp = Moor = marais <sup>33</sup> buja = üppig wachsend = exubérant <sup>34</sup> égerfa = Erle = aulne <sup>35</sup> kampó = Haken = crochet <sup>36</sup> túljár, megtesz = zurücklegen = parcourir <sup>37</sup> megduzzadt = angeschwollen = grossi <sup>38</sup> iszapos = schlammig = vaseux <sup>39</sup> cupog = herumpatschen = patauger, faire flic-flac <sup>40</sup> sorompó = Schranken = barrière <sup>41</sup> zene-kar = Kapelle = orchestre <sup>42</sup> tirones militares <sup>43</sup> fel-hörren, fúj = fauchen = souffler <sup>44</sup> gyökeret ver = Wurzel fassen = prendre racine <sup>45</sup> kitárt = ausgestreckt = étendre <sup>46</sup> trombitaszó = Trompetenklang = son des clairons <sup>47</sup> befog = anspannen = atteler



Aureus currus ferriviarius dextram S. Stephani regis portans.

hendens titubavit. Messoribus ac virgas secantibus occurserunt. Curiose duos viatores interroga- bant, quo tenderent. Stephanus Fürtös haec tan- tum respondit : «Ad Aureos Currus ferriviarios nos conferimus».

Hi homines eum non ridebant, sed summā curiositate atque quadam reverentiā spectabant senem. Itineris dimidium iam emensi<sup>36</sup> se in paludes incidisse senserunt, maximis imbris Maii tumefactas.<sup>37</sup> Aliquantum temporis terram luteam<sup>38</sup> pedibus calcantes<sup>39</sup> crepitabant,<sup>39</sup> elabi conabantur, deinde nihil aliud supererat, quam ut magno circuitu ute- rentur.

«Eheu, sero venimus! Quod Deus avertat!» Vénit puer in mentem utile fore in viam publicam prodire veniamque petere, ut in currum inscendere liceat. Viā publicā curribus bovibus vectis, qui in pratum procedebant, occurserunt; illi enim lentius ibant, quam ipsi. Ad Aureos Currus ferriviarios vehicula ab equis vecta iam haud dubie praetervehebantur. Ita factum est, ut cum ad cancellos<sup>40</sup> devenirent, symphoniam<sup>41</sup> adulescen- tulorum qui levente<sup>42</sup> dicuntur, canere iam audie- bant, posthac chorus canentium exauditur : «Ubi es tu stella splendida Hungarūm...» Deinde ven-

astrinxisset, acclamavit: «Vos sero venisse, post nihil vidisse audio!»

Stephanus Fürtös Caecus caput perspicillo<sup>48</sup> instructum allevavit et arcano leniter arridebat: «Me? ... Me non vidisse! ... — dixit voce placidā sollemnique. — Plus quam vos vidi!»

— Plusne? Quid?

— Ego, cum hoc in cancellis steteram, ipsum regem vidi... Sanctum Stephanum... Sic est, vicine! Ego scio regem non mortuum esse... Etiam hodie vivit! — dixit et scipione albo motum mirabilem ad caelum fecit. *Finis.*

<sup>48</sup> szemüveg = Brille = lunettes

## LECTORIBUS MAIORIBUS.

### Fautores nostri.

Nostris temporibus, cum litterae humanae atque latinitas tot habent adversarios, — Deo gratias — sunt viri magnae auctoritatis, qui hanc a maioribus nostris per multa saecula nobis relictam hereditatem antiquitatis defendant neque extinguerent patientur. Quorum nunc de duobus viris doctissimis dicendum esse putamus: de *Adolpho Werner* doctore abate superiore Zircensi, provinciali ordinis Cisterciensis et de *Francisco Sebes*, provinciali ordinis Scholarum Piarum. Patres Cistercienses iam fere 8 saecula filios nostros docent educantque, hisce temporibus in 5 gymnasiis (Bajae, Budapestini, Agiae, Quinquecclesiis, Albae Regiae), patres autem Scholarum Piarum, quāquam multo post in Hungariam venerunt, tamen in 10 gymnasiis erudint iuventutem (Budapestini, Debrecini, Kecskemét, Magyaróvár, Magnae Kanissae, Sátoraljaújhely, Szegedini, Tatae, Vesprimi, Vác) etiam rebus in adversis, cum Hungaria ab externis tyrannis opprimebatur, non solum vera fide Christiana, sed etiam amore patriae ac libertatis iuventutem imbure nunquam desinentes. Quam ob rem tota in Hungariae patres utriusque ordinis magni laetimantur et coluntur magnopere, provincialesque ordinum supra dicti, cum in conventu tabulae magnatum (vulgo: in senatu) orationes de re educatoria et institutoria habent, magno approbantur consensu. Nuper, cum Adolphus Werner munieris provincialis annum XV, Franciscus Sebes autem annum X explerent, a gubernatore nostro, *Nicolao Horthy* prototantisque meritis A. Werner titulo consiliarii regii Hung. intimi, Fr. Sebes autem cruce Ordinis Meritorum Hungarici ornati sunt. Fautoribus latini-

tatis Illustrissimis ac Reverendissimis etiam «Iuentus» toto animo gratulatur. Ad multis annos!



### De latinitate aetatis St. Stephani

praeside Iustiniano Serédi principe primate a. d. XV. Cal. Ian. a. 1938 in Academia St. Stephani Iosephus Huszti dr., professor philologiae classicae doctissimus, XX annis ante huius ephemeridis moderator subtilem exquisitumque habuit scholam.

Primum is diserte explicabat, quomodo lingua Latina populos in media Europa sitos pervasisset quomodoque hi huius linguae vinculo in artiorem humanitatis cultusque communitatem consociati essent. Deinde exponebat primos linguae Latinae cognoscendae conatus iam sub principe Géza captos esse. Lingua Latina, quae iam per totam Europam diffusa esset, in Hungariam recepta Hungaros, qui vires ingenii expromerent, idoneos esse factos. At enim vero tunc temporis propriam ac peculiarem quandam Hungarorum latinitatem, cum ii, qui ad linguae Latinae usum viam praefirent, peregrini essent, nondum viguisse. In Hungaria autem, ut latinitas suae ad propriae notae conformaretur, opus fuisse longiore temporis spatio. Quibus expositis Iosephus Huszti demonstravit latinitatem St. Stephani aetatis vinculo affinitatis, unde originem duxisset, cum latinitate Carolingia fuisse coniunctam.

Atqui latinitatem Carolingiam esse exortam ex studiis linguam, quae paulatim ex vulgari sermone, in linguas, quae vocantur Romanenses, abiisset, ad antiquam speciem et integritatem revocandi. Cuius sermonis corrupti et depravati multa in monumentis litterarum inde a saeculo V. usque ad Caroli Magni aetatem extare vestigia (ut: cum gregem, pro quieti, ad die praesenti, quaecunque pagus, potebant, potibunt, tollerant et multa alia). Verum hanc redintegratam linguam neutiquam obtinuisse instar Ciceronianae latinitatis, sed eius, quae per scriptores ecclesiasticos et sacram scripturam medio aevo tamquam hereditas fuisse relata. Quam latinitatem Carolingii temporibus excultam et expolitam, quae quasi mediæ aevi



Adolphus Werner dr.



Franciscus Sebes.

classica possit appellari latinitas, temporibus St. Stephani floruisse in Hungaria. Nimirus in Decretis et Admonitionibus St. Stephani nec notam nec vestigium ullum inquit sermonis comparere, immo passim antiquam elegantiam et nitorem splendere nec rhetoricae artis lenocinaria deesse (hyperbata, adiectorum et substantivorum par etc.).

Istam linguae redintegrationem effloruisse ex contentione et studio in Romanam humanitatem et cultum Christianam mentem et sensum transfundendi. Confusionem consociationemque utriusque humanitatis atque culturae Romae et Cluni notas indelebiles prae se ferre atque Hungarorum gentem recentem in Europa sese iam in hunc commutatum et communem saeculi habitum insinuasse.

Voluntatem atque rationem Romani imperii ab Ecclesia non esse deletam, sed universam et spiritualem factam. Quantum momenti ad Europam medium attulerit huius linguae Latinae usus, vix aestimari posse.

Quid ! Nonne fuisse Romanum quiddam, quod St. Stephanus animo proposuisset, ut in Carpathiorum montium finibus diversi populi incolentes eam terram sibi communem patriam esse sentirent? Hungaros linguam Latinam et humanitatem et omnia, quae inde sibi obvenient, munera et officia in se recepisse atque per longam saeculorum seriem tutatos esse humanitatis et culturae Christianae communionem, cuius post receptam in Hungariam linguam Latinam participes et socii pares facti sint. Omnim nationum Hungaros maxime huic humanitati ac culturae addictos esse diemque, quo Hungari linguam Latinam assumerent, hodiernae Hungaricae humanitatis et culturae diem natalem fuisse.

Haec schola Iosephi Huszti maximo plausu summaque assensione comprobata est. *Car. Acs Bp.*

## Institutum Studiorum Romanorum

die 15-o mensis Decembris anni exacti novam seriem *cursuum academicorum* incepit. Quicumque aliquotiens intererat scholis istis, — ego equidem gaudeo me interfuisse posse — ubi multa et illustria mundi ingenia universali ideae ingenii Romani operam navant, permagnis Instituti laboribus semper honorem adhibebit neque unquam loci hominumque singularium obliviscetur.

Inde a mense Decembri usque ad mensem Iunium  
quater quinquesve singulis hebdomadibus viri peritissimi  
exponunt auditoribus statum rerum Romanarum anti-  
quitatis aevique medii ac recentioris. In sacello monasterii,  
quod olim Sancti Philippi Nerenensis fuit, hoc est in eleganti  
Oratorio ab architecto Borromini exstructo tamquam  
aula praesentis sedis Instituti, congredivintur apparent-  
que coetui auditorum viri docti, inter quos semel atque  
iferum ne Cardinales quidem Romanae Curiae desunt.

Anno praeteritio iam XII cursus annuis scholarum Instituti finitus est. His duodecim annis labentibus 1488 scholae a 513 viris doctis, inter quos 137 ex gentibus exterris, habebantur. Labor cursus anni praesentis indice, qui nuperime prodiit, denuo magni momenti esse videtur. Quod ad Romam antiquam attinet, historia nonnullorum imperatorum maioris momenti exponetur. Tum excavationum Italicarum externarumque ratio reddetur. Iuvabit deinde audire scholas eorum, qui agriculturam, botanicam, mathematicam, astronomiam, mineralogiam medicinamque Romae imperatoriae pertractabunt. Ratione Romae Christianae de historia conciliorum generalium rebusque a missionariis gestis agetur. Quoad Romanam modernam Mussolinianam adumbrations de Urbis dispositi-

tione, defensione antiaérea expositioneque mundana anno 1942-o instituenda exponentur. Postremo ne problemata quidem Europam Italianamque his temporibus agitantia omittentur. Scholis nonnullis quaestio stirpium in historia Romanorum indagabitur ratione habenda fascismi e radicibus mere Romanis oriundi.

Qui quidem *Cursus Superiores Studiorum Romanorum* nonnisi commendationes in vulgus sunt rerum earum, quae veram propriamque operam constituant Instituti. De rebus summis in variis commissionibus Instituti agitur, ubi ipsae investigationes excavationesque disceptantur operaque praeparantur publici iuriis facienda. Qui labor assiduus tantis in dies successibus perficitur, ut Institutum Studiorum Romanorum magis magisque *una ex gravissimis prosperrimisque institutionibus fascistarum* evadat.

Julius Kováts dr. Bp.

## **Librorum recensio-**

*Jocosa.* Lateinische Sprachspielereien gesammelt und erläutert von Dr. Hans Weis. München-Berlin 1938  
RM. 2.40.

Falso obicitur linguae Latinae rigidam inesse vim et gravitatem quadam et severitatem torpescere carereque eam cum ludibundae hilaritatis ioculari licentia, tum flexibili sermonis volubilitate. At rem non ita se habere quivis libello, qui inscribitur «Iocosa», lecto sibi persuadere potest. Hoc enim libello multa continentur iocosa, quae inde ab antiquis temporibus usque ad nostram aetatem sollertia ingenia excogitaverunt vel quae felici ac grato momento temporis divino quodam instinctu ludentium Musarum quasi mentis scintillae emicuerunt.

Insunt in his iocosis : homoteleuta et versus versus commixtis inter se Latinis et Germanis vocabulis ludici, versus qui dicuntur memoriales grammatici ; agnominationes et logi, anagrammata et magica quadrata et palindromi, chronostichii ; aeigmata et quaestiones ludicrae, numerorum miracula, interpunctiones iocosae, soni onomatopoeticci ; inscriptions .sepulchrales ingeniosae et facetiae ; narratunculae ridiculae ; detortae versusum interpunctiones atque inscriptions perplexae et obscurae.

Si quis Latinae linguae gnarus homo subsiciva tempora ad relaxandam animi intentionem impensurus hunc libellum evolverit, certe eum non poenitebit libellum legisse, inveniet enim ibi magnam exhilarandi animi copiam. Atque etiam discipulis haec iocosa magnopere commendanda sunt, utpote qui quodam modo volupitate gestientes paene nullo negotio in lingua Latina ediscenda insignes facturi sint prefectus. *Carolus Ács Bp.*

**Certamen litterarium ex lingua Graeca.** Etiam hoc anno currente scholastico renovatum est certamen ex lingua Graeca a societate amicorum litterarum humanarum Hungarica (sive Parthenon) in aedibus collegii Baronis Eötvös die XIV. mensis septembri a. 1938. Novem petitores nomina dabant, itaque duplex fere numerus in arena descenderant certantium quam praeterito anno, cum quinque modo aemuli aderant. Munus opusculis dijudicandis tresviri doctissimi suscepserant et quidem: Nicolaus Szabó praeses, Ludovicus Vayer, Gabriel Finály. Pro argumento certaminis caput XIII. e libro X Platonis Reipublicae designatum est, quod candidati in sermonem Hungaricum transponere debebant. Scrutatis versionibus hic eventus certaminis publicatus est: Primus vitor renunciatus est Emilius Laub, abituriens gymnasium Helveticæ confessionis is Hódmezővásárhely, discipulus pro-

fessoris Andreae Csépke. Secundus evasit Antonius Somogyi, abituriens gymnasii magistris educandis Budapestinensis, quem Michaelus Modi dr. linguam Graecam docuerat. Tertio loco positus est Georgius Bánhegyi, alumnus gymnasii Augustiniae confessionis Budapestini, discipulus Ludovici e militibus Dengelyi. Proposita praemia erant 80, deinde 60, demum 40 Pengonum. Tres victores nunc studiis philosophicis operam dant. F. A.



Censor aenigmatum: Otto Schmied Vindobonensis.

### Solutiones aenigmatum numeri III.

1. Romulus, suevit, bene, ait, RIP, ales, Eva, ursi, falcis, aliena, aclys, dic, Lar, eum, ora, fas, SHI, ave, (m)useum, sit, oa, sin, mitrae, ursum, Nioba, imber, abite, Romam, tu, Brute, te, es, ea;

Rea Silvia, ovi, mite, ut, ubi, sepulcrum, Sulla, esset, a a, ecce homo, ut, IN-RI, in, sym-, aio, adire, Ovidius, asina, furor, amabo, as, en, eti, sub, t s r, eam, ite, mus, ab (ad sextum c.), br, tt, ee, a te, mea.

2. Unum ovum anseris, quinque ova anatis, quattuordecim gallinae.

3. gero, eges, reus, ossa.

4. Summum ius . . . Ut salutaveris . . . Bis dat . . . Res ad . . . Occasio . . . Si vis pacem . . . Ars longa . . . Sub rosa.


**Aenigmata reete dissolverunt:** In Hungaria: Stephanus Székely (*Rákóczián*), Georgius Gárdos (*Bolyayán*), Ladislaus Keleti, Georgius Lénárd, Ioannes Liebner, Egon Rosner (gymn. *IPEA*), Margaretha Grabits (*Sophianum*), Zoltanus Sebestyén *Budapestinenses*. Iosephus Szó, Otto Waldner *Gyöngyösenses*. Tiburtius Stinner *Jaurinensis*. Iosephus Fejes *Kaposváriensis*. Ioannes Kápolnai *Mezőkövesdiensis*. Gabriella Adamkovics, Gabriella Kozsely, Gisela Sikolya, Catharina Vadai, Eva Bartos, Helena Kakasy, Hedwiga Markbreit, Renata Schwartz *Mezőtúrienses*. Aurelia Csató *Nagykörösiensis*. Maria Vargha *Rákospalotana*. Ladislaus Botka, Carolus Cserti, Aloysis Csukly, Iosephus Gránási, Alexander Kovács, Carolus Lukács, Ladislaus Macher, Ludovicus Márkosy, Iosephus Szentendrei (*Stephanum*) *Albaregalenses*. Iosephus Buzai *Szobiensis*. Maria Kónya, Ladislaus Pintér *Sabarienses*. — In Batavia: Hermannus Meyer, H. Mulder, Ioannes Ryckers, L. de Kort, Ant. v. Valk, W. Steenhof, Carolus de Wiel, Leonardus Berndsen, Albertus Bleeker, Ioannes van Heugten (*Kaatsheuvel*). — In Germania: Ervinus Bauer, I. Eigelsreiter, Robertus Schaub, Otto Zlobicky

(disc. *gymn. Academici*), Petrus Figdor, Guilelmus Körber, Franciscus Pachler, Ervinus Pelouch, Andreas Philipp, Maria Rosenkranz, Heribertus Spira, Hildegardis Swoboda (disc. *scholae superioris Grillparzeriana*), Guilelmus Fieber dr. *Vindobonensis*. — A. Boros, Ed. Cseh, J. Néveri, L. Pogány (*gymn. acad. Budap.*)

Praemium sorte Evae Bartos, Erwino Bauer, Petro Figdor. Alexandro Kovács, Joanni Liebner, Mariae Vargha, Carolo v. d. Wiel, Joanni Néveri obvenit.

#### 1. Votum «Iuventutis».

(Ex initis.)




O. S.

#### 2. Coniunctio.

A maximo pontifice,  
Qui Romae regnat, incipe!  
Tum anni tempus addito  
Imprimis gratum puero!  
Coniuncta vocant tibi florem,  
Quo usus cadis in soporem.

O. S.

#### 3. Crucigrama.



Ad libram :

4. Qui unus est e magnis ducibus.
8. Hic miles nondum est exercitus.
9. Ovidius lugebat olim ibi.

10. Si parvus es, est caput tale tibi.
13. Grandaeva mulier vocatur sic.
14. Sunt quattuor vocales litterae.
15. Usurpas hoc pro ille sive hic.
16. Sunt duae consonantes liquidae.

Ad perpendiculum :

1. Est fluvius Boeotiae.
  2. Quis rector est Hungariae?
  3. Est summus dux Germaniae.
  4. Est panis sive salis paululum.
  5. Hanc Musam diligit astronomus.
  6. Est ager nondum obsitus.
  7. Coniungens est adverbium.
  11. Pronomen esse hoc iam dudum scis.
  12. Suffixum est perfecti temporis.
- O. S.

#### 4. Ex Aeneide Vergili.

(Ad saltum equulei.)

o-	re	quis	ex	tor.	si-
li-		ri-	bus		stris
a-	Ex-	a-	no-	os-	ul-

Gustavus Neuhauss, disc. gymn. IPEA.

#### 5. Quadratum magicum.

1.	2.	3.	A A A
			I O R
			R V V

1. Quid nobis dant gallinae?
  2. Quid puer nondum est, sed erit?
  3. Res sacra stat in fine.
- O. S.

Nota. Lectoribus minimis : 1, 5, mediis : maioribusque 2—4.

Terminus solutionum ad moderatorem (J. Wagner, Budapest, XI., Lágymányosi-utea 20) mittendarum Calendae Martiae.

Solutiones aenigmatum singulis in scholis a magistro collectae in eodem involucro epistolae ad moderatorem mitti possunt. Quem sibi quisque ex his libris praemio solutionum dandis elegit, scribat ad moderatorem :

1. J. Wagner: I. Carmina Horatii selecta ad modos aptata (34 melodiae). — II. Dictionarium rerum modernarum Hungarico-Latinum. — III. Cantus de tympanista Germanico (cui clavichordium adest).

2. O. Schmied: I. Fröhliches Latein (aenigmata). — II. In ueste Latina (carmina Germanorum). — III. Canteamus Latina (carmina Germanorum).


3. Becker—Aem. Láng: Gallus (fabula Romanensis).

4. Foederatio Stephanea: Eucharistia et Sancti Hungarorum (editio illustrata).

5. Florilegium Patristicum. J. Fray, C. Acs.: S. Augustinus, S. Ambrosius, S. Hieronymus.
6. Unus ex annis veteribus «Juventutis».
7. Carmina Hungarorum. Reddita latine a Josepho Irsy.
8. Pintér Jenő: Magyar nyelvvédő könyv.
9. Magyar Sportalmanach.
10. Fekete remetéségem. Agoston Julián versei (lectoribus maioribus).

#### Lectores ad certamen invitantur.

Qui certaminis participes esse volunt, scribant sub titulo *Quae mihi in «Juventute» maxime placeant?* Terminus : Calendae Martiae. Opuscula optima praemio afficiuntur.



Corrigenda numeri IV : pag. 52 : pro «columna Axumiensis» lege : obeliscus Axum. — pag. 64 : pro «ad certamen» lege : ad certamen.

Libri, Josephi Révay et Ladislai Kőszegi, mox recensebuntur. — Aenigmata Hermanni Mulder et Josephi Fejes proxime prodibunt, aenigma autem Joannis Kápolnai iam veterimum est, quare censor aenigmatum edi non posse putat. — 34 ioca discipulorum professoris gymnasii Lucanensis, Hugonis Villa, paucis exceptis, quae aut extra Helvetiam difficilius intelliguntur aut minus ridicula sunt, partim iam nunc publicavi, partim proxime publicabo. Si quid de historia Helvetiae scripseritis, mense Aprili cum hymno Helveticō editurus sum. — Etiam ioca et narratiunculae discipularum professoris Aladari Kővári (Georgia Löbl, Blanca Tóbi, Ida Répcezvölgyi, Margaretha Bertin, Editha Mayer, Valeria Garay, Elisabetha Fikár, Eva Laczák, Irene Áts, Elisabetha Henneyey, Elisabetha Vaktor) et narratiuncles ipsius professoris ordine prodibunt. — Joannes Ehrenfeld. Vita Domitiani occasione data edetur. — Em. Rádi et Ad. Apponyi. Ioca vestra bona sunt. — Quidam collegae tam diligenter et tot scriptis me cumulant, quibus multi fasciculi «Juventutis» compleri possint. Quos moderator orat, ne obliviscantur esse alios quoque collegas multosque discipulos, qui iure sperant, fore ut scripta sua apta non repudientur. — W. Wenstedt. Narrationem de S. Willibrordo promissam exspectamus. Magistrum vestrum saluta meis verbis! — Nonnullorum manuscrusta non solum typographus nequit, sed ne moderator quidem legere potest. Qui orantur, ut pulchrius scribant lacunis satis late relictis, ubi moderator quae corrigenda sunt, scribere possit.

Sumptibus Societatis Magistrorum Catholico-rum Mediarum Scholarum. — A. Katolikus

Középiskolai Tanáregyesület költségén.

(Praeses: DR. IOANNES KISPARTI, elnök.)